GIUSTIFICATIONI E PROVE PER LE RAGGIONI DELL'ILLUSTRISS. SIG. MARCHESI...

SVMMARIVM.

Num. 1.

Decreto de' Signori Priori 1568. in fauore de' Signori Marchesi di Petrellá.

Adi 10. Febraro 1672. à Natiuitate.

FEde per me sottoscritto V. Cancelliere della Communità della Città di Cortona, come al libro delle deliberationi, epartiti de' Signori Priori di detta Città esistente in detta Cancellaria *Seg. num.* 12. à 23. frà l'altre appatisce quanto segue.

Die 4. Decembris 1568.

Magnifici Signori Priori della Città di Cortona.

S'espone alle Magnificenze Vostre qualmente il Signor Marchese Lancelloto, e Signor Vgolino Marco del Signor Vangelista Marchesi, e Signori di Petrella, Cittadini Cortonesi, e Fiorentini, si trouano nell' vltima distributione fatta estraordinaria del sale, per li Magnifici Signori Priori passati hauerne vna posta di stara tre; e per essere la Casa loro sempre stata Illustre, Immune, libera, & exempta da qualunque estraordinario, che venisse imposto all'altri Cittadini di Cortona per priuilegij di molti Imperatori, fin quì loro mantenuti, Et sendo bstata la loro Casata sempre reputata per tale, e così trattata per il passato, desiderano per l'auuenire d'essere tenuti nel medesimo grado: Imperò pregano le mag. Sig. Vostre, che per tali gli debbino riceuere, e trattare, in tal caso, & altri pesi estraordinarij, che dalla Communità vengono imposti, & infra i suoi Cittadini si distribuiscono. Che tutto riceueranno in cortesia dalle Signorie Vostre.

Dicta die, &c.

Qui Magnifici DD. Priores præfati, Domino Vgolino Marco vno, ex numero Magnificorum Dominorum Priorum non reddente partitum congregati in eorum saletta Superiori, Visa petitione coram ipsis producta per dd. Marchiones, & D. de Petrella, & Ciues Cortonenses, & Florentinos, visis, & consideratis omnibus in ea contentis, ac inspectis eorum priuilegijs, habitoque consilio ab excellentissimo V. I. D. Domino Egidio de Bonis Aduocato Communis Ciuitatis Cortonæ, ac visa quadam alia declaratione, & deliberatione facta, & obtenta per eorum D. Patrem; sub die 27. Nouembris 1554. manu Ser. Petri de Orsellis olim Cancellarij d. Ciuitatis in eius fauorem super simili re, ac visis attestationibus strenui militis, & Capitanei Chionnis olim Bernardini de'Marchionibus, & Antonij Petri de Bonis Ciuium Cortonensium deponentium dd. Marchiones Dominum Lancellottum, & D. Vgolinum Marcum, & eorum Patrem, & aliós per quadraginta annos, & vltra non soluisse onera similia, de quibus agitur, & quod de hoc bene sunt certificati, & informati, de qua re fidem fecerunt Magnificis Dominis Prioribus coram me Cancellario infrascripto, misso, & obtento inter eos legitimo partito, & nemine discrepante, visis alijs videndis, &c. declarauerunt, dictos DD. Marchiones Lancellottum, & D. Vgolinum Marcum præfatos fuisse, & esse liberos,

Adsit Deus.

In causa, quæ vertitur coram Magnificis, & spectabilibus Dominis Nouem Conseruatoribus iurisdictionis, & Dominii Florentini, inter Communitatem Cortonij ex vna, & Marchionem Lancellottum Petrellæ, & alios litis Consortes ex altera, causa, & occasione quarumdam exemptionem, quas ipse Marchio prætendit extraordinariarum grauedinum, mihi vni ex eorum Aduocatis, seu Assessoribus commissa, vt referam earum Dominationibus, quæ nam sint futuræ eorum partes in pronunciando in ea.

Num. 2.
Sentenza del Magistrato de'Signori Noue à relatione del Signor Gio. Battista de gl' Atini Assessore à fauore de i Signori Marchesi di Petrella.

Visa Commissione per præfatos Magnificos, & spectabiles Dominos mihi facta, & omnibus ab vtraque parte deductis diligenter perlectis, ac tandem resolutionibus Dubiorum per me vtrique parti datorum maturè consideratis, partibusque sæpè in voce auditis & omnibus, quæ videnda, & consideranda erant, discussis, & ponderatis.

Christi nomine repetito, cum plena Causa cognitione, refero petita per prædictum Marchionem Lancellottum, & litis Consortes fieri potuisse posse, & petita per d. Communitatem fieri non posse, nec debere, & ex consequenti non teneri ad onera, siue grauedines extraordinarias, & ob id ab ipsa Communitate Cortonij molestandos, & inquietandos non esse; partem tamen succumbentem ab expensis absoluendo &c. & hæc in omni meliori modo, &c.

Moueor autem ad ita referendum ex infrascriptis, & . . . .

Primo quia prędicti Marchiones de Petrella videntur habere datam intentionem, tam in Instrumento Concordiæ; & conuentionis confecto inter d. Cõmonitatem, & ipsos Marchiones vsq; ab anno 1216. quo disponitur, vt eius subditi; & subiecti qui vellent in Vrbe Cortonij habitare non tenerentur soluere nisi tres solidos pro domo, seù focolare, quã etiam in non solutione extraordinariorum onerum, seù grauedinum, Instrumenta enim faciunt rem patentem, & notoriam *l. cum precibus C. de probation. & l. desiderium C. depositi, & Bart. in l. 1. in princ. col. 3. quæst. 1. vbi alij etiam ff. de nou. oper. nunciat. & Dec. in cons.* 423. & euidens illud est, de quo constat per publicum Instrumentum *C. cum dilecti de Donation.* & manifestissima est probatio, quæ fit publico Instrumento vt inquit *Dec. in cap. licet Causam in 13. notab. de probat.* diciturque probatio probata *Bald. in l. quoties in fine de Iudic. & in l. interest. C. de solution. & Alciat. plenè in tractat. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13. num. 8. cum multis vulga.* Hæc refert, si fortasse dicatur: quod illud Instrumentum loquitur de subditis, & hominibus Terrarum Marchionum, quoniam à fortiori credendum est, quod fuerint exempti, & immunes ipsi Marchiones, ex quo in eorum conuentione ita eximerunt homines suarum terrarum, & quod hoc sit verum, præterquam quod verisimili suadetur, quod plurimum in probationibus attendendum est, ac etiam in qualibet materia *l. ob carmen §. fin. ff. de test. & cap. in nostra ead. tit.* Imò etiam pro lege habetur, vt inquit. *Oldrad. cons. 22. cum qu. in fin. cum vulg.* Apparet etiam quod vsu tale Instrumentum ita receptum est, & ipsi Marchiones nunquam soluerunt onera extraordinaria, imò cum fuerint sępè, vt soluant, interpellati, & voluerint eos exactores cogere, ab his solutionibus se liberauerunt: vnde stante huiusmodi vsu non soluendi dicta extraordinaria onera dicendum vide-

tur, vt etiam ipſi à principio fuerint immunes, quia vſus dicitur optima rei dubiæ interpretatio *l. ſi de interpratatione in fine ff. de leg. & tradit. Soccin. Iun. in conſ. 159. num. 10. vol. 2. & Rimin. in conſ. 60. num. 4. vol. 1.* dum vult, vt ex vſu declaretur lex, & priuilegium, & quælibet diſpoſitio ſemper in ſtipulationibus *ff. de regul. iur. & declarat Bart. in conſ. 59. Commune Spoleti num. 16. & in l. vſus aqua de Aquaduct. lib. 11. & rurſus idem firmauit Rimin. in conſ. 204. nu. 5. vol. 2. cum alijs multis.* Ex quo igitur videmus ita fuiſſe huc vſque obſeruatum, vt fuerint eo tempore, ex conuentione immunes credendum eſt, imò etiam quando non extaret illud Inſtrumentum, ex quo per quatraginta annos, & vltra, imò nunquam ſoluerunt d. Marchiones, iure optimo nituntur; & ſe defendunt à non ſolutione, ita vt cogi non poſſint, vt tradit *Bart. in d. conſ. 59. nu. 7.*

His ſic in iure ſubſiſtentibus, non obſtant ea, quæ pro Communitate deducuntur, & primo dum arguebatur de litteris Sereniſſimi Ducis 1554. quo tempore etiam fuit facta impoſitio etiam dictis Marchionibus, & in eo modo, & regula d. impoſitionis dicitur. Et che tutto il deſcritto ordine, e dichiarato di ſopra proceda non oſtante qualſiuoglia legge, ſtatuti, ordini, prouiſioni, ò reformationi, priuilegij, eſentioni, & immunità, patti, e conuentioni etiam preciſe, ò penali con giuramento firmate, oſtaculi, e repugnationi d' ogni ſorte, che in caſo contrario, ò altrimenti diſpeneſſero; Alle quali diſpoſitioni & à ciaſcuna di eſſe ſi intenda eſſere, e ſia ſpecialmente, & expreſsè per queſta volta tanto derogato.

Quoniam præterquam, quod fuit ex eo Cauſa ſpeciali factum fuit etiam pro illo iure tantum derogatum.

Secundo non obſtat etiam lex de expenſis vniuerſalibus loquens ædita anno 1545. in qua etiam dicitur. Con conditione, che la preſente prouiſione comprenda, e compreender s'intenda non ſolo il tempo futuro, ma ancora il preſente, riſpetto alle ſpeſe, che per le prenarrate cauſe già hoggi ſi fanno, e che ella s'intenda alla Città, Contado, Diſtretto, e montagna di Piſtoia, & à qualunque altra Città, Terra, e luogo del Ducale Stato di Sua Illuſtriſſima, & Eccellentiſſima Signoria, che ſimili, ò maggiori eſentioni, immunità, e prerogatiue godeſſino, derogando à queſt'effetto ſolamente, e per validità di tutte le coſe ſopraſcritte ad ogni, e qualunque eſſentione, immunità, e prerogatiue, che competeſſino, ò ſi diceſſin competere à quelli, che harranno à concorrere à dette ſpeſe per virtù di qualunque gratia, priuilegio, Statuto, conuentione, capitulatione, ò confederatione confermate, e roborate da qualunque clauſole derogatorie, preciſe, penali etiam con giuramento &c. Nam animaduertendum eſt, quod dicta lex loquens de impenſis vniuerſalibus, dum dicit, quod *d. l.* totum Dominium debet contribuere, & concurrere expenſis vniuerſalibus, ſubdit hæc verba. In modo che l'effetto ſia, che tutte le Città, e Terre, e loro Contadi, e Diſtretti di Dominio di S. E. ſiano obligati ciaſcuno per la rata del ſuo comune, Popolo, Villa ſoſtenere il peſò l'vn dell'altro. Vndè cum deindè dicitur, quod illa lex comprehendat Ciuitatem, Comitatum, & Diſtrictum Piſtorij, & omnem aliam Ciuitatem, Terram, & locum habentes etiam maiorem Immunitatem, & prærogatiuas, & demum in fine dicitur. *Derogando à queſt'effetto ſolamente ad ogni, e*

qua-

qualunque esentione, immunità, e prerogatiua, prout latius in dicta lege, & ex dictis verbis manifestè colligitur, quod illa lex loquitur de Terris, Ciuitatibus, & Locis exemptis, & immunibus, & eorum exemptionibus derogat. Vndè cum ipsa lex non loquatur de personis particularibus exemptis, ad illas trahi non debet; cum extensio non fiat de persona ad personam, vt inquit *Dec. in cons. 391. col. 3. & Aym. Crauett. in cons. 161. num. 11. lib. 1.* Appellatione enim Vniuersitatis non venit persona particularis, nec è contrà *Roman. in cons.* 400. vbi multa adducit, & rursus idem *Roman. in cons. 436.* & hæc extensio eo minùs fieri debet, quia non est omnimoda ratio in persona particulari, quæ est in Ciuitatibus, Terris, aut Villis. Quod enim vna Ciuitas sit exempta est nimis præiudiciale, & onerosum alijs Ciuitatibus, & Locis huius Dominij, cum vna Ciuitas comprehendat, & comprehendere possit infinitos particulares, & hoc casu militat dispositio dictæ legis, & ratio, vt patet in principio ibi: E veduto, che quelli Paesi, e luoghi, che li sopportano, & alloggiano ne restano per molti anni distrutti, e desolati con graue danno non solo di quel membro, che hà patito, mà ancora di tutto Dominio; e conoscendo che non può patire vn membro, che tutto il resto del corpo non senta, però &c. Ex hoc hoc Prohemio colligitur mens legis, & eius ratio finalis, vt inquit *Bart. in l. 1. ff. ad Macedonian. & Soccin. in cons. 40. col. 3. lib. 1.* Sed quod vna persona particularis in vna Ciuitate sit exempta, aut nihil refert, & de minimis non curat Prætor *l. scio. ff. de restitut. in integr. & tradit Corn. in cons. 77. in fin. lib. 2. & Aymon. in cons. 46. num. 12. lib. 1.* Quod autem supradicta interpretatio sit vera, & propria dicta lex, patet quia temporibus præteritis, scilicet tempore legis conditæ expensæ vniuersales, vt dicitur, soluebantur de introitibus publicis Communitatum, nec fiebat distributio super bonis particularium, id quod hodiè obseruatur etiam in illis locis, Communitatibus, & Ciuitatibus, quæ habent bona propria. Nam tunc expensæ vniuersales, de quibus loquitur dicta lex, soluuntur de redditibus ipsorum Locorum, Communitatum, & Ciuitatum, & in specie in dicta Vrbe Cortonij obseruatur, vt de prouentibus publicis soluantur, vt fuit mihi ab hominibus fide dignis dictæ Ciuitatis relatum, & affirmatum, Vndè quando millies illa lex intelligeretur loqui, etiam de particularibus personis priuilegiatis, Tum quia primo in ea dicitur in fine prohemij. Che ciascuno del suo Dominio secondo il suo potere, e facoltà contribuisca à tali spese in questo modo cioè. Et ibi - Alle quali tutte soprascritte spese debba, & habbia à concorrere, e contribuire tutto il Dominio di Sua Eccellenza per rata, lira, e soldo con questa regola &c. Et in vltimo Capitulo, dum dicitur, derogando à detto effetto solamente per validità di tutte le cose soprascritte ad ogni, e qualunque esenzione, immunità, e prerogatiua, che competessino, ò si dicessino competere à quelli, che haueranno à concorrere à dette spese &c. Attamen præter quam quod potest omnibus prædictis responderi ex verbis eiusdemmet legis. Et primo dum in ea - Che ciascuno del suo Dominio secondo il suo potere, e facultà contribuisca &c. Nam quod de locis ipsis Communitatibus, & Ciuitatibus intelligat, indè colligitur, quod subdit, In questo modo cioè; & deindè declarando immediatè subdit post relationem expensarum; & modum ipsarum. In modo che l'effetto sia,

che

che tutte le Città, e Terre, e loro Contadi, e Distretti del Dominio di Sua Eccellenza siano obligati ciascuno per la rata del suo Commune, Popolo, e Villa sostenere il peso l'vn dell'altro, e contribuire, come è detto à tali spese. Ex quibus tollitur etiam secundum fundamentum, quod deduximus ex verbis præcedentibus hæc verba ibi: Tutto il Dominio di Sua Eccellenza per rata à lira, e soldo. Nam ex quo paulò post subdit. In modo che l'effetto sia &c. manifestè apparet, quod loquitur de Vniuersitatibus, non de particularibus personis. Item & tertio fundamento ibi - Si dicessino competere à quelli, che hanno à concorrere à dette spese. Primo dicitur, quod refertur ad præcedentia verba. Alla Città, Contado, Distretto, e montagna di Pistoia, & à qualunque altra Città, Terra, e luogo. Secundo dicitur, quod supra inquit. In modo che l'effetto sia, che tutte le Città, e Terre, e loro Contadi, e Distretti del Dominio di S. E. siano obligati. Cum igitur hi sunt illi, qui debent concurrere meritò ad Ciuitates, Terras, Comitatus, & Districtus, fertur illud verbum, quelli, Adhuc etiam respondetur hanc declarationem comprobari ex illis verbis dictæ legis con quella regola, e sopra quella tassa, che dal detto magistrato delli Signori Otto di Pratica in frà quindici giorni prossimi sarà dichiarato. Nam ex quo hæc Communitas Cortonij soluit dictas expensas vniuersales de pecunijs publicis, credendum est, vt talis regula fuerit tradita, ita vt in hoc casu lex de Vniuersitatibus intelligatur, cum habemus, quod lex Excelsæ Reipublicæ Florentinæ die 21. Maij 1495. inter alias Immunitates fuerit concessum Ciuitati Cortonij, vt suas gabellas sibi exigeret, & earum loco solueret Communi Florentiæ, & pro dicto Communi Officialibus Montis, seù eorum Camerario quolibet anno vsque ad summam mille Aureorum, & quod dicta de causa Communitas Cortonij esset libera, & immunis ab omnibus, & qualibet alia solutione, seù taxa, & ab omni grauedine balzellorum, accatorum, & ab omni, & qualibet alia impositione ordinaria, seù extraordinaria facienda, seù imponenda pro Commune Florentiæ, seù alia officia, siuè magistratus pro dicto Communi in quolibet tempore, & quolibet modo, seù nomine reali, siue personali &c. Cum igitur dicta Communitas Cortonij haberet has exemptiones, & immunitates, seù priuilegia non est mirum, si derogatio, de qua in dicta lege refertur, ad has immunitates, & priuilegia dictæ Communitatis, non ad particularia priuatarum personarum, verum vt supra diximus, quando dicta lex de particularibus priuilegiatis loqueretur, adhuc in casu nostro non haberet locum, ex quo impensæ vniuersales de publicis prouentibus, non de particularium soluuntur, & ideò non est necessarium quærere, an illi, qui sunt immunes suo Priuilegio priuati sint ad hoc, vt concurrant, & Iudicio meo talis lex non obstat.

Præstereà tantum abest, vt iustum sit obstare illud, quod dicitur pro ipsa Communitate Cortonij, quod nusquam reperitur, quod Priores ipsius Communitatis dd. Marchionibus Immunitatem, & extensionem siue priuilegia concesserint, vt imò ex hoc videntur comprobari iura ipsorum Marchionum; nam cum ipsi habeant sua priuilegia antiqua fundata in ipso Instrumento concordiæ, & conuentionis, prædicti Domini Priores nõ concesserunt eis noua priuilegia, sed solummodo declarauerunt per dictam legẽ superuenientem expensarum vniuersalium sublata non

fuisse

fuisse; quia, qui declarat, nihil de nouo addit *l. cum quis §. adeò ff. de acquir. rer. domin. & l.haredes §.1.ff.de testam.* & tradit *Bart.in l. ab exequutore col.2.ibi quaro secundo ff. de appellat.* cum alijs de quibus latè per *Felin.in c.qualiter il primo col.14. ibi,* & pro ista de accusat. & *Dec.in leg. edita nu.47.& 49.ff.de eden.& Zucchardus in l. fin. nu.43.C. de edict.diu. Adr. tollen.cum vulgaribus.* Vnde quando talem declarationem facere potuerint negando, non videtur, quæ cum fuerint pluries facta, & de Consilio Aduocatorum d.Communitatis Cortonij, vt iuridica fuerit; & iusta dicendum videtur; quãdo igitur verum esset quod dicti DD.Priores authoritatem concedendi immunitates, & exemptiones non haberent, vtique quando potuerint declarare, eis denegatum non videtur, & tanto magis: quod sua celsitudo, habita informatione de illis repetitis declarationibus DD.Priorum Ciuitatis Cortonij, respondit, osseruinsi gl'ordini, quasi ordines sint illud, quod antea fuerat obseruatum, cum nunquam soluissent, & ita deinde per subsequẽtem declarationem, seù sententiam fuit pronunciatum. Concludendum igitur est, quod d. DD. Marchiones optimo iure nitantur; propterea quod, aut id fuit eis concessum per instrumentum d.cõcordiæ anni 1216. vt videtur vsu, & consuetudine interpretatum, & est clara. Aut dicimus id in eo instrumento non contineri, & tunc quia non solũ sunt elapsi quadraginta anni, quod non soluerunt huiusmodi collectas extraordinarias; sed non reperitur, quod ipsi vnquam soluerint, merito ad soluẽdum compelli non possunt, vt inquit *Bart. in cons.59. nu.7. vol.1. per text.in l. si sicut, & in l. omnes, & in l. cum notissimi C.de prascript.30. an. & est text. expressus in l.fin. §. hoc etiam adijciendo de fun. Patr.lib.10.* vbi habetur, quod alleganti concessionem sibi factam de collecta non soluenda cum cursu 40. annorum nulla nouitas potest ei imponi. Et ideò magis nõ discedendo à prædictis sed eis addendo in terminis nostris dicendum est, quod cũ vt supra diximus, impensæ vniuersales soluantur de prouẽtu ipsius communitatis, & non ipsorum particularium prædicti Marchiones essent deterioris conditionis, quam alij Ciues Cartonenses, quod esset absurdum, & ideò ommissis alijs breuitatis causa, ita ex supradictis referendum arbitror. Laus Deo.

Ioannes Baptista Arimus &c.

A di 3. di Decembre 1573.

Li magnifici Signori Noue Conseruatori della Iurisdittione, e Dominio Fiorentino. Atteso il rapporto scritto, e sigillato dato sotto detto di 3. del presente mese di Decembre per il molto magnifico, & Eccellente M. Gio. Battista de gl'Arini Cittadino Fiorentino, & vno dell'Auuocati del detto Magistrato nella causa commessagli per loro Signorie, già sono più giorni, trà la Communità, & huomini di Cortona da vna parte, & il Marchese Lancillotto di Petrella, & altri Consorti dall'altra, circa se detto Marchese era tenuto pagare alcune grauezze, ò nò, & attesa l'instanza fattane dalle Parti sopra quanto di sotto, però osseruate &c., & ottenuto &c.

Deliberorono, e deliberando dichiarorono, e sententiorono, come in esso rappotto appare, e così l'approuorno, & approuano in tutto, e per tutto, e commessero, che si apra, e si publichi; e ne commandorno alle parti l'osseruanza sotto pena della loro indignatione, & arbitrio, e questo

questo in ogni miglior modo &c. mandantes &c.

C. Noferi Maccanti Coadiutore in sede &c.

Ex Lib. mot. 40. *a.*37. *die* 18. *Martij* 1574.

In Dei nomine Amen,&c.

Num. 3.
Voto della Rota Fiorentina per il Magistrato de' Signori noue in fauore della Communità di Cortona.

In causa Rotæ commissa per Dominos Nouem Conseruatores, vigore rescripti S.C.S. inter Communitatem Cortonæ Actricem ex vna parte & Illust. Dominos Lancellottum, & Vgolinum Marcum Marchiones Petrellæ reos conuentos ex altera.

Conclusimus, & retulimus immunitatem per dd. Marchiones prætensam, ipsis non competijsse, nec competere, sed ipsos teneri ad onera omnia extraordinaria per d. Communitatem iam imposita, & nondum per eos soluta, & in futurum imponenda.

Nam Communitas habet intentionem fundatam ex eo quod, vt ex processu constat, ipsi Marchiones sunt Ciues d. Ciuitatis, & ibidem habitantes, & bona possidentes,& ideò tenentur onera prædicta subire, sicuti alij Ciues, pro bonis, quæ in d. Ciuitate, & in eius Territorio possident. Nam, & forenses etiam non habitantes tenentur eadem ex generalis consuetudine Italiæ subire pro bonis ab ipsis ibidem possessis, secundum *Bart. in l.* 1. *C. de mulier. & in quo loco sub nu.* 18. *lib.* 11. *& Bald. in l.etiam col. fin. sub num.* 15. *vers. sed tu dicas C. de execut. rei iudic.* quos refert, & sequitur *Dec. in cons.* 694. *col.* 1. *& latius Grauet. cons.* 201. *nu.* 14. *&* 15. *cum seq.*

Nec obstare visa sunt illa tria, seu quatuor, quæ pro prætensa Marchionum prædictorum immunitate in medium adducebantur. Nam illud primum de priuilegio anni 1312. obtento ab Enrico Imperatore, nihil ipsis Marchionibus opitulari potest, cum concessum fuerit, non Marchionibus Petrellæ, sed Marchionibus de Colle, & pro certo ibidem specificatis terris, in feudum nobile concessis cuidam Rigoni Vgolini Rigonis, & Ghino Miræ Guiderelli Rigonis, Marchionibus de Colle & eorum filijs hæredibus, & posteris inperpetuum, inter quos isti Petrellæ non connumerantur.

Et ideò dato etiam quod esset in forma probanti, & subsisteret, & afficeret (quod tantum non . . . . & contineret propensam immunitatem, quam tamen retinere necessariò non concluditur, ex illis verbis, & ab omni persona immunes reddimus, & exemptos, saluo iure Imperij, & quorumlibet aliorum ab Ecclesia, vel Imperio tenentium, cum ad eum finem prolata videantur, vt appareret illos Marchiones de Colle, ratione d. feudi, & terrarum, ibidem in feudum nobile concessarum, alicui personæ subditos non esse, nec alium in Dominum, & Superiorem recognoscere debere, quam imperium, & Ecclesiam, & habentes causam ab eis, non vt illos immunes facere voluerint ratione bonorum, quæ in alienis Territorijs possiderent, & in dubio sunt interprætandæ contra se fundantes in eis vulg. *l. veteribus ff. de pact.* cum tamen isti Marchiones non probauerint, nec articulauerint se esse de Marchionibus de Colle, nec de filijs, hæredibus, & posteris dd. Rigonis, & Ghini, prout necessariò probandum erat, non possunt ex illo Priuilegio se protegere.

Minus etiam se tueri possunt, ex laudo lato de anno 1217. inter Dominos Rigonem, & Corradum filios Vgolini Marchionis ex vna, & d.

Com-

Communitatem ex altera. Primo quia non apparret de quibus Marchionibus loquatur, nec probatum, nec etiam articulatum, quod isti Marchiones sint de hæredibus, & descendentibus dd. Rigonis, & Corradi. Item quia d. Laudum non continet immunitatem prætensam. Nam quod ibi dicatur, quod homines de Terra Marchionum intra certos confines ibidem descriptos habitantes, teneantur soluere d. Ciuitati Cortonæ, vel eius Rectori, solidos tres pro qualibet Domo, seu focolari, quando colligeret certũ datuum nuncupatum il datio vniuersalem, quod forsan exigebatur pro salario Rectoris. Nihil ex hoc necessario infeotur ad prætensam immunitatem ipsorum Marchionum, tum quia non loquitur de Marchionibus, tum etiam quia non loquitur de immunitate, sed de onere, & inducta ad obligandum non debent operari liberationem *l. titia §. fin. ff. de manumiss. testam. cum concord. ibi tradit per gloss. & in l. legata inutilter*, vbi post alios *Ias. sub nu. 5. vers. 2. quod inducta ff. de leg. 1.* & immunitas cum sit stricti iuris, non intelligitur, vbi non est expressa nec extenditur de presona ad personam *l. 1. in fin. ff. de iureiur. Petr. de Vbald. in tract. collectar. nu. 22.* cum alijs traditis per *Alex. in cons. 125. num. 10. l. 2.* nec ibi legitur taxatiua exaduerso proposita, quæ etiam si apposita fuisset, operatur restrictionem respectu quantitatis, non respectu qualitatis oneris, vt scilicet pro illo datio tenerentur soluere solidos tres tantum, non autem, vt tenerentur solum illud datium, non alia onera soluere.

Præterea nou apparet, quod illi homines habitarent, vel bona possiderent in Ciuitate, vel districtu Cortonæ, nec quod locus ille intra illos confines, intra quos d. homines habitabant, esset in districtu Cortonæ, quinimò contrarium colligi videtur ex sequentibus Capitulis illius laud. Et potest esse quod ad illos tres solidos illi homines grauati fuerint, vel in recompensationem pedagij, & guidatici, à quo per illud laudum liberati fuerint, & quod ipsi forsan frequentius aliorum soluere cogebantur, vel in remuneratione cõcessionis sibi facta, quod Rector teneretur eis idem ius reddere; quod reddebat hominibus Cortonæ. Ex quibus apparet, quod supradicto laudo nullum potest in proposito ferri fundamentum ad fauorem ipsorum DD. Marchionum, & quod illa, quæ ex aduerso dicebantur de priuilegio immunitatis concesso ratione habitationis, vel per viam contractus per se corrunt non verificato supposito ad tradit. per. *Soccin. cons. 55. num. 3. & 4. lib. 1. & per Dec. in cons. 539. col. fin. in princ. vers. & quando.*

Insuper quando etiam dici posset immunitatem prædictam, vel in dicto laudo, vel ex supradicto Imperiali Priuilegio Marchionum prædictis; concessum fuisse, cum tamen passi fuerint se, & bona pro quibus vrgentur ad ęstimum poni, vt ex deductis in processu liquidè constat, nec infra 10. dies appellauerunt censeantur exemptionis Priuilegio renunciasse *l. 1.* & ibidem *Bart. C. de his qui pon. mun. suscept. lib. 12. & per Ang. in leg. 1. §. si quis ff. quando appell. sit.* quem sequitur *Alex. in cons. 10. lib. 1. & cons. 136. nu. 11. lib. 2. & per Dec. cons. 638. sub. num. 9.* cum alijs traditis per *Catell. cot. in suo memor. in verb. exemptus à Datijs & Ruin. cons. 107. n. 2. & 12. lib. 5.* nam ęstimum est loco promissionis, & ideò qui patitur bona sua in ęstimo registrari dicitur se ad onera communitatis quasi cum ea contrahens obligari, vt per *Bald. in cons. 434. lib. 3. Iudex vers. vtrum autem lib. 3. & Crauet. cons. 111. nu. 14. & Egid.*

Thomat. in suo tract. de collect. §. *sanè si negotium sub nu.* 16. *vers. concludo igitur forensem fol.* 467. *& in* §. *retenta proximè sub numer.* 4. *fol.* 488. Tanto magis cùm etiam soluerint onera extraordinaria, & quid absq; vlla protestatione, & reseruatione priuilegij exemptionis, prout ostenditur ab anno 1517. vsque ad annum 1548. ex partitis librorum exactionis exhibitis: Et licet in solutione facta de anno 1548. facta fuerit protestatio, plures autem postea subsecutæ fuerunt absque protestatione aliqua, & actus solutionis absque protestatione factus tanquam omninò contrarius exemptioni magis præiudicat *c. cum accreuisset*, & ibi *DD. extra de constit. & per Raim. supra citatos*, quia per actum contrarium sine aliqua præfinitione temporis perditur priuilegium priuatis personis concessum, vt per *Abb. in cons.* 18. *lib.* 4. *nu.* 2.

Ex prædictis etiam tollitur illud, quod dicebatur de præscriptione immunitatis ex eo quod per annos 40. Marchiones Petrellæ non soluerint onera extraordinaria ad tradita per *Bar. in l. licitatio* §. *earũ n.* 3. *ff. de pub. & vectigal. & in cons.* 59. *commune Spoleti col. fin. nu.* 7. *lib.* 1. *& per Alex. cons.* 16. *nu.* 24. *lib.* 5. *& per Corn. con.* 199. *col.* 2. *vers. his non obstantibus libr.* 1. nam omisso quod nec opinio *Bart.* non transit sine difficultate per quæ tradit *Egid. Thomat. in d. suo tract. de collect.* §. *exactis Ecclesijs nu.* 26. 27. *&* 28. *fol.* 318. cum seq. vbi contrariam sententiam nouem fundamentis tuetur, & eam dicit esse veriorem, & ad omnia respondet, & *Alex. in cons.* 136. *sub nu.* 18. *cum seq. lib.* 2. quem sequitur *Curt. Iun. cons.* 60. *num.* 16. *&* 17. dicit plura requiri ad hoc, vt immunitas præscribatur, & inter cætera quod in processu probatum sit, quod alias onera prædicta fuerint imposita, & quod illi, qui volunt immunitatem præscripsisse fuerint interpellati, quod soluerent, & tamen præcepta contempserint, & per annos 40. steterint absque eo quod vnquam soluerint, alias immunitas non potest esse præscripta, quia per non vsum, vel ex non actis non inducitur præscripto libertatis, sed debet interuenire factum aliquod præscribentis, vt ibi per eum. Tamen dato quod ea opinio procedat, & quod requisitio, & contradictio non sit necessaria, quicquid dixerit Alex. in hoc sibi contrarius; & reprobatus per *Grauet. cons.* 111. *nu.* 21. *& latius in suo tract. de antiq. tempor. in* 4. *par.* Sexto circa præmissa *nu.* 36. *cum seq.* requiritur tamen, & in hoc omnes concurrunt, quod ostendatur, durante dicto tempore, quod sequutus fuerit casus, quod imposita fuerint onera prædicta, & tamen non appareat quod ipsi ea soluerint, licet alij soluisse dicantur, vt per *Alex. in d. cons.* 136 *n.* 18. & *cons.* 30. *n.* 12. *vol.* 5. *& Corn. in d. cons.* 199. *col.* 2. *vers. his non obstantibus lib.* 1. *& Grauet in locis proximè citatis*. Sed in isto casu non vidimus probatum, quod ante annum 1517. talia onera fuerint imposita, nec quod sequutum fuerit, quia nihil à partibus fuit ante illud tẽpus in processu productum, & tamen hoc erat necessarium, vt cognosceretur, an præscriptio intercesserit, nec ne, & hoc probare debebant Marchiones, qui se fundant in ea. Ab anno autem 1517. vsque ad annum 1548. licet pluries fuerint imposita, fuerunt tamen, vt dictum est, etiam à Marchionibus Petrellæ soluta; ab anno verò 1548. vsque ad annum 1571. quo cõmunitas prædicta respondidit supplicationibus dd. Dominorum Marchionum, quod volebant eos soluere, prout alij Ciues soluebant, non obstantibus liberationibus, alias non decurrerunt, nisi anni

23. &

23. & sic suppositum necessarium non fuit verificatum.

Vltimo loco non obstare visa sunt partita, seu Decreta Dominorum Priorum dictę Ciuitatis, alterum sub die 4. Decembris 1568. alterum sub die 31. Octobris 1570. & vltimum sub die 26. Martij 1572. quibus ad præces dd. Dominorum Marchionum declaratum fuit ipsos exemptos, & immunes esse ab omnibus oneribus extraorinarijs, & mandatum fuit grauamenta relaxari.

Nam ista tria Decreta dependent ab alio, quod isti Marchiones allegabant alias obtinnisse ab alijs Prioribus antecessoribus sub die 27. Nouembris 1554. & ideò vltra quod illud dicitur in libris publicis dictæ Ciuitatis non reperiri descriptum, & quod plus est obtentum fuit, prout, & alia omnia fuerunt obtenta, dum in numero Priorum reperiebatur aliquis de dd. Marchionibus, licet ex honestate non redderet votum, vel partitum, & ob id quasi ambitiosum sit Sacris Constitutionibus reprobatum *leg. fin. C. de decret. decur. lib.* 10. fundatum, & fuit supradicto Priuilegio Imperiali, & alijs non visis, quæ d. Marchiones dicebant de proximo expectare, & tamen, vt supra demonstratum fuit illud Priuilegium non tribuet Marchionibus hac immunitatem, & ideò dictum Decretum, & omnia alia inde subsequuta, cum super hac falsa causa fundata fuerint, sunt ipso iure nulla *l. eum verò §. subuentum ff. de fidei comm lib. & l.* 1. *ff. hac verba ff. ne ius fiat* cum alijs adductis per *Ias. in l. si is ad quem nu.* 16, *vers.* 4. *conclusio sit ff. de acquir. & per Cephal. cons.* 207. *nu.* 87. *lib.* 2.

Sunt etiam nulla ex defectu potestatis, quia aut volumus ea continere concessionem immunitatis, & clarum est hanc facultatem Priores non habere, nisi quoad Doctores, & Medicos dicta *l.* 1. *C. de Decret. Decur: lib.* 2. nam quoad alios pertinet, vel ad Principem, vel ad Populum, seu Consilium vt per *Bart. & Bald. ibi & Bart. in l.* 2. *num.* 2. *&* 3. *& ibi Alex. ad eum ff. de iure immunitatis, & in l. vacuatis de Decur. & fil. eor. lib.* 10. *& in l. ambitiosa nu.* 1. *ff. de Decret.* ab ordine factis aut volumus, quod sint declarationes, & sententiæ, & clarum est etiam quod sunt nullæ, quia Priores de iure non habet iudicando potestatem, & in his, quæ sunt contentiosæ iurisdictionis se intromittere, quando adsunt alij ad hoc deputati Iudices, nisi, & ipsis hæc iurisdictio sit in specie à Consilio, vel populo attributa, vel alias Iudices deficerent, vt declarant *Bart. in l. nulli col.* 2. *vers. ad arg. ff. quod cuiusque vniuers. nu. & in l. quoties nu.* 5. *&* 6. *ff. de tutor. & Curat. datis ab his.*

Nam licet, & ipsi possint dici Magistratus Ciuitatis, vt per *Bald. in repetit. l.* 1. *post princ. C. de emancipat. lib. per gloss. in l. item magistri, vbi & ipse ff. de pact.* tamen Magistratus hodierni temporis non habet iurisdictionem nisi, & quatenus reperitur eis expresse attributa, vt per *Bald. in locis præcitatis, & in Auth. Cassa post princ. vers. illud quod dicit C. de Sacros. Eccl. & Dec. in cons.* 8. *col.* 2. *v.* 2. *personaliter & cons.* 18. *sub n.* 2. Sed non apparet quod eis in hoc fuerit attributa, ergo. Cum igitur fuerint, & sint nulla, tum ex defectu iurisdictionis, tum ex defectu ordinis non seruati, & ratione falsæ causæ, nullum potuerunt ipsi communitati, & populo præiudicium facere.

Omittimus an etiam decreta prædicta sint contra legem anni 1545. & contra litteras Principis anni 1554. & contra communem DD. opinionem, quæ habet, quod etiam exempti ab oneribus ordinarijs, &

 extraor-

extraordinarijs, solitis & insolitis, non tamen intelligantur exempti ab oneribus, quę ratione Belli imponuntur *l. iubemus nullum, & ibi Bald. in princip. et leg. 1. C. vt nemini liceat in empt. spec. lib. 10. et DD. in l. si ex toto in princ.* & post alios ibi *Rip. num. 17. ff. de legat.* 1. vbi dicit hanc esse communem opinionem, vt etiam dicit multis citatis *Plot. in leg. si quando in principio nu. 17. C. vnde vi*, quia ex supra deductis satis nobis visa fuit iustificari nostra relatio.

Gabriel Barbisonus Procurator.
Quintius Mandosius.
Stephanus Vrsus.
Camillus Lepidius.
Iulius Iustinianus.

A di 6. Settembre 1621.

Num. 4.
Sentenza del Magistrato de Signori Noue dell'anno 1621.

Fede per me infrascritto, come nella filza di domande, e sentenze ciuili della Cancellaria del Magistrato de Signori Noue Conseruatori della Iurisdittione, e Dominio Fiorentino apparisce l'infrascritta sentenza, cioè &c.

A di 27. Agosto 1621.

Nella causa vertente auanti al Magistrato de' Signori Noue Conseruatori della Iurisdittione, e Dominio Fiorentino in frà l'Illustrissimo Signore Caualiere Onorio Marchese di Petrella da vna parte, e dall'altra &c.

Filippo Baldelli, e Francesco Cacchi Conduttore della Gabella maggiore di detta Città di Cortona fino dell'anno 1611. introdotta poi per appello per la parte di detto Signor Caualiere Onori o &c.

Hauendo veduto vn compromesso fatto fino dell'anno 1217. del mese di Giugno infra la cōmunità di Cortona, e li Sig. Marchesi di Petriolo, e Petrella sopra le differenze de confini, e Gabelle, e la dichiaratione dipoi fatta da Rinieri da Casale, e Melio Muffoli Arbitri eletti &c.

Visto vn'ordine fatto fino sotto il di 4. Settembre 1568. per li Signori Priori della Città di Cortona, con il parere, e relatione di M. Egidio Buoniloro Auuocato, e Consultore, per il quale fu dichiarato detti Signori Marchesi essere esenti da certe distributioni di sale, & altri Carichi estraordinarij, che vengono imposti dalla Città, e furono cancellati al libro, al quale appariuano debitori per tal conto, e commesso che fosse loro restituito il grauamento, come il tutto fatto per errore.

